

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Sanctae Mechtildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber specialis gratiae**

**Mechthild <von Hackeborn>  
Mechthild <von Magdeburg>**

**Pictavii, 1877**

I. De angelis, de laude creatoris sibi a de donis.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60070)

## LIBER SECUNDUS

### I. DE ANGELIS, DE LAUDE CREATORIS PRO COLLATIS SIBI A DEO DONIS.

**A**UDI nunc aure cordis concentum laudis supernorum Spirituum in excelsis. « Gloria tibi Trinitas, Domine Deus, qui nos creasti tua omnipotentia, ordinasti tua sapientia, conservasti tuæ pietatis clementia. Benedicimus te, qui nos honoras tuis mysteriis, foves bonis, reple donis, contines imperio majestatis. Adoramus te, Domine, qui nos sanctificas tua benignitate, illustras familiaritate, exaltas charitate, et perpetua claritate. »

1. 0.

### II. DE EXCELLENTIA ANGELI ET HOMINIS AD INVICEM COMPARATA.

**O** ANIMA, unum de duobus dicit quod magis cupias et præoptes: velles ne unus esse Seraphim, vel homo in infimo ordine Angelorum? » Respondit anima: « Tu nosti quod beata Seraphim unus cum Deo spiritus dilectionis ardore igneo et lumine sunt præexcelsi. » • O anima, non te latet quod Angeli personæ simplices sunt, qui nec laudare, nec amare, nec agnoscere amplius possunt quam eis per gratiam est donatum. Hic infimus homo per fidem, per contri-

11. 22.